

citer quidem excussit : at in idem tristi quopi-  
am fato relapsa videri potest, dum hodiè ordo  
politicus jus vocationis Ecclesiasticae in solidum  
sibi tanquã regale Politicum tribuit, mutatã per  
perniciosa[m] quandã μεταμόρφωσιν, πατωκα-  
σαρία in καισαροπατίαν.

106. Tùm reijcimus etiam Sacramentario-  
rum morositatem, qui, uti cum ευσχημοσύνη  
καὶ εὐταξία Ecclesiastica propè univ[er]sa, ἀσ-  
πονδον quasi πόλεμον gerunt : Ita hic quoque  
parum referre autumant, quinam & à quibus  
ad Ministerium in Ecclesia vocentur.

107. Hinc in ipsorum synagogis docentes pub-  
licè videas Cerdones & opifices, qui vix literas  
jungere didicerunt, vel certè in rebus Theologi-  
cis prorsus sunt ἀναλφάβητοι : Hinc ordinem  
Ecclesiasticum, quem DEVS peculiarem hie-  
rarchiam, & quidem primariam constituit, pror-  
sus tollunt, vel vix majoris, quam ancillarum  
servitia faciunt.

108. Ceterum; quemadmodum ad Ministe-  
rium Ecclesiasticum non admittendi, nisi qui à  
tota Ecclesia, constante ex ordine sacro, politico,  
plebeio sunt vocati & probati : Ita etiam non  
sunt vel dimittendi vel eijciendi, nisi conscijs &  
consentientibus omnibus istis tribus ordi-  
nibus hierarchicis.

DISPV.